

LEGES NOVELLAE

AD THEODOSIANVM

PERTINENTES

EDIDIT

ADIVTORE TH. MOMMSENO

PAVLVS M. MEYER

BEROLINI

APVD WEIDMANNOS

MDCCCXV

CONSPECTVS OPERIS

	pag.
Conspectus subsidiorum et explicatio signorum	VI
PROLEGOMENA IN LEGES NOVELLAS AD THEODOSIANVM PERTINENTES	
Cap. I. De singulis legum novellarum syllogis	XI
Cap. II. Codices corporis Maioriani (primae syllogae)	XXV
Cap. III. Codices Breviarii (alterius syllogae)	XXXI
Cap. IV. Codices tertiae syllogae	XLIII
Cap. V. Excerpta. Breviarii epitomae. Varia	LV
I. Ex syllogis Orientalibus excerpta	
II. Ex syllogis Occidentalibus excerpta	
III. Breviarii Alariciani epitomae	LXI
IV. Breviarii minora	LXIII
V. Libri latentes vel deperditi	
Cap. VI. Legum novellarum editiones et apparatus	LXV
Cap. VII. Crisis legum novellarum	LXXVII
A. Leges novellae Theodosii II. Valentini III. Maioriani (1—6)	
B. Leges novellae Marciani et reliqua per Alaricianos solos servata	LXXXIX
C. Leges novellae Anthemii	XC
Cap. VIII. Constitutionum acceptores et tempora locique	XCI
I. Constitutionum acceptores	
II. Constitutionum tempora et loci	XCVI
—	
I. CORPVS LEGVM NOVELLARVM <i>THEODOSII II. VALENTINIANI III. MAIORIANI</i> IN OCCIDENTE A MAIORIANO CONDITVM	1
II. LEGVM NOVELLARVM <i>MARCIANI</i> IN ORIENTE PROMVLGATARVM QVAE IN BREVIARIVM ALARICIANVM RECEPTAE SVNT	179
III. AVCTARIVM LEGES NOVELLAS EXTRAVAGANTES CONTINENS <i>SEVERI ET ANTHEMII</i>	197
—	
Index titulorum	209
Corrigenda et Addenda ad vol. I et II	213

PROLEGOMENA IN LEGES NOVELLAS AD THEODOSIANVM PERTINENTES

CAPVT PRIMVM

DE SINGVLIS LEGVM NOVELLARVM SYLLOGIS

Lege, qua anno 429 constitutiones a Constantino inde latas ad corpus novum efficiendum colligi iussit, Theodosius II. praecepit, ut quidquid in futurum in altera utraque imperii parte promulgari placeret, ab altero quoque imperatore divulgaretur, reservata tamen ei emendandi vel revocandi potestate (Theod. 1, 1, 5). Id enim egit imperator, ut uterque orbis individuus ordinationibus rectus ut imperium individuum iisdem quoque legibus temperaretur. Quod praeceptum in constitutione, qua Theodosianus a. 438 Febr. 15 in Oriente publicatus est, missa una cum hoc corpore ad collegam per Occidentem agentem hunc in modum mutatum est a Theodosio, ut ius ab altero imperatore conditum in posterum non prius valeret in alterius principis regno quam collegae intimaretur (nov. Theod. 1 §§ 5. 6; 2 pr.). Minime igitur omnes leges ab altero latas cum altero communicari voluit. Valentinianum III. quidem eiusque in Occidente successores novellas suas in Orientem non misisse neque eas ibi umquam legis vim habuisse inde colligere possumus, quod nulla Occidentalis imperii constitutio post a. 432 lata in Codicem Iustinianum recepta est. Theodosium II. vero universas leges post Theodosianum latas Valentiniano III. a. 447 Oct. 1 transmisisse novella Theod. 2 (§ 1) edocemur easque generum novella Valent. 26 proposita a. 448 publicandas curasse novimus. Attamen complures Theodosii II. praeter nostras in codice Iustiniano constitutiones extantes, aliae ante a. 447 emissae, aliae posteriores, quamquam post hunc annum Theodosium simili incepto abstinuisse ostendunt, tamen legum sibi missarum partem tantum confirmatam esse a Valentiniano minime evincunt. Neque enim aliae aut Theodosii aut Valentiniani novellae extant nisi in Maioriani corpus receptae, ut infra videbimus. Marciani autem leges selectas etiam in Occidente promulgatas esse probabile est propter ea, quae infra de iis explicabuntur. Item Leo imperator consultanti Anthemio, cui imperii Occidentalis potestatem commiserat, a. 468 unam constitutionem misit: quam hic additamentis auctam pragmaticaeque ipsius iussioni (scil. novellae Anthemii 2) subiunctam in Occidente promulgavit (nov. Anthemii 3).

Constitutiones, quas hoc volumine editurus sum, omnes Occidentalibus syllogis traditae sunt. Etiam in Oriente syllogas extitisse Iustinianus imperator in constitutione 'de novo Codice componendo' (Haec quae necessario ad senatum Constantinopolitanum data aperte dicit¹); sed perierunt omnes post codicem Iustinianum editum praeter Marcianam in Occidentem translatae, cuius certe epitomen servarunt prudentes Alariciani.

¹ *Cod. Iust.* (rec. Paulus Krueger, Berolini 1877) p. 2 v. 3 sqq.: . . . et si quae earum (constitutionum) sine die et consule in veteribus codicibus vel in his, in quibus novellae constitutiones receptae sunt, inveniantur . . .

Occidentales syllogae extant tres, quarum prima sub Maioriano imperatore (a. 457—461) condita, altera a. 506 legi Romanae Visigothorum (scilicet Breviario Alariciano) inserta, tertia ex duabus anterioribus et legibus extravagantibus saec. sexto in Gallia composita est.¹⁾

Titulus Constitutiones a. 447 a Theodosio II. in Occidentem transmissas comprehensas esse sub titulo '*leges domini Theodosii quae latae sunt post Theodosianum*' novellae Valent. 28 rubrica in syllogae primae codice unico Γ proposita ostendit, quae sic habet: *de confirmatione legum divi [sic scriptum a Maioriano] Theod(osisi) Aug(usti) quae latae sunt post Theodosianum*. Confirmat hoc novellae Theod. I rubrica, cuius verbis primitivis *de Theodosiani codicis auctoritate* in eiusdem libri F laterculo adiunguntur in Occidente addita et *de legibus quae latae sunt post theodosiano divi theodosi agusti* (sic). Sed singulis constitutionum libris, quos hic primae syllogae codex exhibet, praescribitur '*tituli legum novellarum*'. Opponuntur igitur Theodosiano, scilicet '*veteribus legibus*' (sic habetur in Breviarii codicum ☩☩ Vaticanani reg. 1050 praescriptis vel subscriptis, similiter in O), leges novellae (cf. nov. Valent. 35, 67) ad Theodosianum pertinentes. — Neque minus qui syllogen alteram condiderunt prudentes Alariciani *legum novellarum* vel *novellarum legum* aut *novellae legis* intitulatione utebantur; argumento est novellae Theod. 2, quam Visigothi soli nobis servarunt, rubrica *de confirmatione legum novellarum divi Theodosii A.*, cuius legis interpretatio haec est: *haec lex novellarum legum constitutiones praecipit confirmari*. Legitur porro nov. Valent. 35, 162 '*sublata novella lege*', Theod. 5, 18, 1, 18 '*in novellis legibus invenitur*'. Singulis vero constitutionum libris praescripta et subscripta parum accurate a codicum librariis tractata ad archetypi lectiones reddendas adhiberi vix possunt. — Tertiae denique syllogae codicum Z et H rubrica infra (p. XVIII) tractanda in extremis habet '*funt in simul veterum ac novellarum libri legum XXXI*'. — Ubi nostrae leges apud posteriores allegantur, semper fere sub eodem nomine citantur: sic in Edicto Theoderici c. 12 legitur '*privilegia antiquis vel novellis legibus concessa*', item c. 68 '*servato novellae legis tenore*', c. 155 '*ex novellis legibus et veteris iuris sanctimonia*'. In lege R. Burgundionum septies (c. 25 — 26, 1 — 31, 5 — 36, 4 — 36, 9 — 37, 6 — 39, 3) habetur *secundum legem novellam*; in collectione denique ecclesiastica codicis Parisini 12445 (nobis D) excerptis ex constitutionibus nostris sumptis praescriptum est '*item in libro primo legum novellarum*' (f. 210^v) et '*in libro legum novellarum divi Valentiniani cap. VIII*' (f. 199; idem in Phillipps. 1741 f. 7). *Constitutionem novellam* inveni in lege R. Burg. c. 46; similiter Iustinianus in constitutionibus codici suo praemisit *novellas constitutiones* (vide etiam Theod. 1, 1, 6, 19 et Mos. et Rom. Leg. Collat. 14, 3, 6, 1) opponit *veteribus codicibus* (const. Haec quae necessario § 2; Summa rei publicae § 3) eodemque nomine significari vult leges post Codicem in posterum ferendas (const. Cordi nobis § 4). Rarius *Novellarum* tantum vocabulo constitutiones nostrae nuncupantur, ut in scholiis Vaticanis reg. 886 ad Theod. 11, 30, 42 adscriptis (*novella Valentiniani*) et apud Reginonem Prumensem (de synodalibus causis II c. 173), ubi citatur '*ex lege Romana novellarum divi Maioriani*'; in legis R. Burg. capite 2, 2 scriptum denique est '*secundum legem ex corpore novellarum Theodosii et Valentiniani*'. Sed ex locis allatis satis perspicitur ab iis, qui inde a Maioriano syllogas composuerunt, constitutiones nostras sub *legum novellarum* legitimo titulo appellatas esse.

Ut Theodosianum, ita leges novellas ad Theodosianum pertinentes servavit Galliae, unde omnes fere libri originem trahunt; ubi et Maioriani memoria resque ab eo gestae diutius quam in reliquis imperii partibus vigerunt et legis Romanae Visigothorum usus forensis etiam sub Francis duravit (cf. Mommsen, *Theod. I* p. XXXVI sq. LXXXII; de Wretschko, *ibidem* p. CCCXIII sqq.).

Transeamus nunc ad syllogas nostras contemplandas.

¹⁾ Leges extra has syllogas earumque codices traditas, quae inde a Theodosio II. et Valentiniano III. usque ad Leonem et Anthemium latae sunt, etiam in laterculo in capite octavo proposito neglecti praeter servatas in codice Iustiniano. Nam Extravagantes has in canonicarum potissimum collectionum penetralibus conditas recensere neque huius editionis est neque fieri poterit sine amplioribus bibliothecarum perscrutationibus. Earum constitutionum delectum reperiri in Haeslii libro qui inscribitur *Corpus Legum* et apud Maassen, *Geschichte der Quellen und der Literatur des canonischen Rechts I* (1870), 321 sqq.

I. Sylloge primaria.

Syllogae primariae unicum exemplar fere plenum innotuit

(1.) *codex Vaticanus 7277* = *F* (f. 23—125) saec. X ineunte in Gallia scriptus. Novellarum textus descriptus ex archetypo mutilo deficit post prima verba Maioriani 7. Sed archetypum, quamquam in fine mutilum, tamen post Maiorianas aliorum imperatorum constitutiones nullas habuisse inde colligitur, quod ex eo sumpta alterius syllogae, scilicet epitomae Alaricianae, forma primitiva et ipsa Occidentalis imperii constitutiones nullas habuit Maioriano posteriores. Maioriano imperante compositam esse hanc syllogem vel inde apparet, quod, cum novellae Valent. 26 praescribatur 'de confirmatione legum *divi* Theodosii Augusti quae latae sunt post Theodosianum', Maioriani novellae primae rubrica sic legitur: (in laterculo) 'de ortu imperii *sui*', (in contextu) 'de ortu imperii *divi* Maioriani A.'. — Corpori huic Maioriani constitutiones insunt imperatorum trium, Theodosii II., Valentiniani III., Maioriani ipsius; singulorum imperatorum legibus indices praemittuntur. Totum corpus ad Occidentem solum pertinet. Marciani igitur imperatoris novellae in eo non fuerunt. Quae, si ibi fuissent, legerentur inter Valentinianas et Maiorianas, ubi adsunt in alterius syllogae (scil. Breviarium) libris.

Alterius exemplaris syllogem nostram complectentis reliquias repraesentant

(2.) *schedae Cviacianae* laceratae duae, quae ad idem atque liber *F* archetypum redeunt:

a) altera incidit in hiatus codicis, ex quo *F* descriptus est, inter nov. Valent. 1, 2 et 2, 4 eosque ex parte explet,

b) altera post titulum Valent. 14 'de fructibus' habet novellam Valent. 15 'de siliquarum exactionibus' in *F* eiusque archetypo omissam.

Praeterea huius syllogae excerpta praebent

(3.) *corporis scriptorum gromaticorum* (nobis *Grom.*) libri ordinis secundi Vaticanus Palatinus 1564 saec. X et ex eo descriptus Guelferbytanus Gudianus 105 eiusdem fere aetatis, qui novellae Theod. 20 maximam partem, nov. Theod. 4 et 24 fragmenta receperunt,

(4.) *cardinalis Deusdedit collectio canonum* (nobis *Deusd.*) a. 1087 divulgata, quae novellam Valent. 17 fere plenam exhibet. Huius collectionis codex integer extat Vaticanus 3883 saec. XII ineunte in Gallia scriptus,

(5.) epitomae Monachi codex *Phillippianus 1736* saec. VIII/IX scriptus f. 157/158 Aniani subscriptioni subiungit novellarum Valent. 16 et 24 inscriptionem subscriptionem et textum in brevem summam contractum atque interpolatum.

Usi denique sunt hoc corpore Maioriani et Euricus Visigothorum rex (a. 466—485), qui *codicem Euricianum* Gothis destinatum confecit, et Gundobadus Burgundionum rex (a. 473—516), quem *legem Romanam Burgundionum* condidisse verisimile est, et Theodericus Italiae rex (a. 493—526) in *Edicto* suo.

In pleno hoc corpore a Maioriano condito continebantur haec:

A. Theodosii II. leges novellae a. 448 confirmatae.

Indici praescribitur in *F* (f. 23^v): *Tituli legum novellarum divi theodosiani augusti* (sic). Sed huius indicis non superest nisi rubrica prima, reliquae perierunt cum folio, quod excidit post f. 23. Ipsae rubricae sunt hae secundum contextus ordinem, quem Haenelius in editione sua restituit:

1. 438 Febr. 15 *de Theodosiani codicis auctoritate et de legibus quae late sunt post Theodosiano divi Theodosii augusti* (sic). Rubrica haec superest ex indice; ipsius legis principium periit cum folio illo deperdito; praeterea etiam pars extrema inde a verbis 31/32 *ab invictissimo* desideratur propter hiatus archetypi. Haec est lex de Theodosiano publicando.

2. 447 Oct. 1 *de confirmatione legum novellarum divi Theodosii A.*: constitutio directa ad Valentinianum collegam de legibus novellis publicandis excidit in archetypo libri *F*; hiatus explet epitome Alaricianae, cuius rubricam recepi.

3. 438 Ian. 31 (data igitur est ante Theodosianum emissum) *de Iudaeis* cet. Propter hiatum archetypi non superest in codice *Γ* nisi pars extrema (inde a 86/87 *quae insatiabili*); eum quoque hiatum explet epitome Alariciana.

- | | | | |
|-----|--|-----------------|---|
| 4. | [numerum om. <i>Γ</i> ¹ ,
ii <i>Γ</i> ²] ¹⁾ | 438 Febr. 25 | <i>ne duciani vel limitanei</i> cet. |
| 5. | [num. om. <i>Γ</i> ¹ , iii <i>Γ</i> ²] | | <i>de patrimonialibus</i> cet. |
| | | 1. 438 Mai. 9 | |
| | | 2. 439 Iun. 8 | |
| | | 3. 441 Iun. 26 | |
| 6. | [iiii <i>Γ</i>] | 438 Nov. 4 | <i>de bonis fabricensium.</i> |
| 7. | [num. om. <i>Γ</i> ¹ , vi <i>Γ</i> ²] | | <i>de amota militantibus fori praescriptione.</i> |
| | | 1. 439 Ian. 20 | |
| | | 2. 440 Sept. 21 | |
| | | 3. 440 Dec. 29 | |
| | | 4. 441 Mart. 6 | |
| 8. | [vii <i>Γ</i>] | 439 Apr. 7 | <i>de navibus</i> cet. |
| 9. | [viii <i>Γ</i>] | 439 Apr. 7 | <i>ne curialis praedium</i> cet. |
| 10. | [viiii <i>Γ</i>] | | <i>de postulando</i> cet. |
| | | 1. 439 Apr. 19 | |
| | | 2. 439 Apr. 19 | |
| 11. | [num. om. <i>Γ</i> ¹ , x <i>Γ</i> ²] | 439 Iul. 10 | <i>de tutoribus.</i> |
| 12. | [xi <i>Γ</i>] | 439 Iul. 10 | <i>de repudiis.</i> |
| 13. | [xii <i>Γ</i>] | 439 Aug. 11 | <i>contra sententias</i> cet. |
| 14. | [xiii <i>Γ</i>] | 439 Sept. 7 | <i>de paternis sive maternis bonis.</i> |
| 15. | [xiiii <i>Γ</i>] | | <i>ne curialis</i> cet. |
| | | 1. 439 Sept. 12 | |
| | | 2. 444 Iul. 20 | |
| 16. | [xv <i>Γ</i>] | 439 Sept. 12 | <i>de testamentis.</i> |
| 17. | [xvi <i>Γ</i>] | | <i>de competitionibus.</i> |
| | | 1. 439 Oct. 20 | |
| | | 2. 444 Apr. 22 | |
| 18. | [xvii <i>Γ</i>] | 439 Dec. 6 | <i>de lenonibus.</i> |
| 19. | [xviii <i>Γ</i>] | 440 Mai. 20 | <i>de rescindendis venditionibus</i> cet. |
| 20. | [xviiii <i>Γ</i>] | 440 Sept. 21 | <i>de adluvionibus et paludibus.</i> |
| 21. | [xx <i>Γ</i>] | 441 Apr. 17 | <i>de scholaribus</i> cet. |
| 22. | [xxi <i>Γ</i>] | | <i>de bonis decurionum</i> cet. |
| | | 1. 442 Dec. 16 | |
| | | 2. 443 Mart. 9 | |
| 23. | [xxii <i>Γ</i>] | 443 Mai. 22 | <i>de locis rei publicae</i> cet. |
| 24. | [xxiii <i>Γ</i>] | 443 Sept. 12 | <i>de ambitu</i> cet. |
| 25. | [xxiiii <i>Γ</i>] | 444 Ian. 16 | <i>de metatis.</i> |
| 26. | [xxv <i>Γ</i>] | 444 Nov. 29 | <i>de relevatis</i> cet. |

B. Valentiniani III. leges novellae.

Incipiunt in codice *Γ* (f. 68^v) a verbis: *Título* (sic) *legum novellarum divi valentiniani augusti*, sequitur index eorundem titulorum, quos contextus exhibet; rubricae sunt hae:

- | | | |
|----|-----------------|---|
| 1. | | <i>de indulgentiis reliquorum.</i> |
| | 1. 438 Iul. 8 | |
| | 2. (440/441?): | deficit <i>Γ</i> pars extr. |
| | 3. 450 Mart. 5: | deficit <i>Γ</i> , servavit epitome Alariciana. |

¹⁾ *Γ*¹ significat eius, qui codicis *Γ* contextum scripsit, librarii manum, *Γ*² posteriorem correctoris cuiusdam; vide caput alterum.

2.			<i>de postulando.</i>
	1. deficit.		
	2. 442 Aug. 13:	deficit <i>Γ</i> , servavit sylloge tertia.	
	3. 443 Aug. 17:	deficit <i>Γ</i> , servavit scheda Cuiaciana prima.	
	4. 454 Oct. 28:	deficit <i>Γ</i> pars prima, quam Cuiaciana prima servavit.	
3.	439 Aug. 28	<i>de successionebus curialium</i> cet.	
4.	440 Ian. 24	<i>in damnum publicum</i> cet.	
5.	440 Mart. 3	<i>de pantapolis</i> cet.	
6.		<i>de tironibus</i> cet.	
	1. 440 Mart. 20		
	2. 443 Mai. 25		
	3. 444 Iul. 14:	deficit <i>Γ</i> , servavit sylloge tertia.	
7.		<i>de palatinis.</i>	
	1. 440 Iun. 4		
	2. 442 Sept. 27		
	3. 447 Apr. 25		
8.		<i>de inuasoribus.</i>	
	1. 440 Iun. 9		
	2. 441 Ian. 27		
9.	440 Iun. 24	<i>de reddito iure armorum.</i>	
10.	441 Febr. 20	<i>neque domum divinam</i> cet.	
11.	443 Mart. 13	<i>de honoratis</i> cet.	
12.	443 Oct. 19	<i>de pecunia Afris credita</i> cet.	
13.	445 Iun. 21	<i>de tributis fiscalibus</i> cet.	
14.	444 Sept. 11	<i>de fructibus</i> cet.	
15.	<i>de siliquarum exactionibus</i> : deficit <i>Γ</i> (lat. et context.), suppletur ex Cuiaciana altera.	
16.	445 Ian. 18	<i>de pretio solidi</i> cet.: deficit <i>Γ</i> (lat. et context.), suppletur ex Phillipps. 1735 et sylloge tertia; numerum tituli servavit Phillipps. 1735.	
17.	[xu <i>Γ</i>]	445 Iul. 8	<i>de episcoporum ordinatione.</i>
18.	[xvi <i>Γ</i>]	445 Iun. 19	<i>de manichaeis.</i>
19.	[xvii <i>Γ</i>]	445 Dec. 8	<i>de homicidiis</i> cet.
20.	[xviii <i>Γ</i>]	445 Apr. 14	<i>de corporatis</i> cet.
21.	[xiiiiii <i>Γ</i>]		<i>de testamentis.</i>
		1. 446 Oct. 21	
		2. 446 Dec. 26	
22.	[xx <i>Γ</i>]	446 Dec. 15	<i>de officio</i> cet.
23.	[xxi <i>Γ</i>]	447 Mart. 13	<i>de sepulcri violatoribus.</i>
24.	[xxii <i>Γ</i> , xxiii <i>Phil. 1735</i>]	447 Apr. 25	<i>de negotiatoribus.</i>
25.	[xxiii <i>Γ</i>]	447 Iun. 3	<i>de libertis</i> cet.
26.	[xxiiii <i>Γ</i>]	448 Iun. 3	<i>de confirmatione legum</i> cet.
27.	[xxv <i>Γ</i>]	449 Iun. 17	<i>de triginta annorum praescriptione</i> cet.
28.	[sic <i>Γ</i>]	449 Sept. 11	<i>de principibus agentum in rebus.</i>
29.	[xxvii <i>Γ</i>]	450 Apr. 24?	<i>de naviculariis amnicis.</i>
30.	[xxviii <i>Γ</i>]	450 Oct. 3	<i>de lampadaris.</i>
31.	[xxvi <i>Γ</i>]	451 Ian. 31	<i>de colonis vagis</i> cet.
32.	[xxx <i>Γ</i>]	451 Ian. 31	<i>de confirmandis</i> cet.
33.	[xxxii <i>Γ</i>]	451 Ian. 31	<i>de parentibus</i> cet.
34.		451 Iul. 13	<i>de praediis pistoriis</i> cet.: deficit <i>Γ</i> (lat. et context.), suppletur ex sylloge tertia.
35.	[xxxiii <i>Γ</i>]	452 Apr. 15	<i>de episcopali iudicio</i> cet.
36.	[xxxiiii <i>Γ</i>]	452 Iun. 29	<i>de suariis</i> cet.

Constitutiones 33 numerat *Γ*, omissis et in indice et in contextu legibus novellis 15. 16. 34: quas libri *Γ* ordini titulorum suo quamque loco secundum Cuiacianas schedas, Phillippsianum 1735 et syllogen tertiam inserui. Haenelium igitur secutus non sum nisi in constitutionibus 28—31 ordinandis, quarum ordo in libro *Γ* eiusque archetypo turbatus est. Sed dissentio ab eo, qui Valentinianas rubricas omnes ad dies redegerit. Melius enim fecisset, si transpositionibus his abstinuisset librum secutus ibi quoque, ubi a dierum ordine recedit: nam huiusmodi errores proficiscuntur ab ipso Corporis conditore. Cui rei argumento sunt loci, quos constitutiones 13—20 et in Breviario obtinent et in sylloge tertia, ubi tantum 16 et 17 transpositae sunt, ut laterculus subiectus demonstrabit:

editio nostra	syll. prima	Brev. et syll. tertia	Haeneliana editio
13	<i>Γ</i> XIII	XXIII	Valent. 18
14	<i>Γ</i> XIII	Brev. I	— 13
15	deficit <i>Γ</i> , servavit Cuiaciana scheda post 14	deficit	Theod. 26
16	deficit <i>Γ</i> ; numerum 16 praebet Phillipps. 1735	XXV	Valent. 14
17	<i>Γ</i> XV	XXIII	— 16
18	<i>Γ</i> XVI	Brev. II	— 17
19	<i>Γ</i> XVII	Brev. III	— 19
20	<i>Γ</i> XVIII	XXVI	— 15
21	<i>Γ</i> XVIII	Brev. IIII	— 20
28	<i>Γ</i> XXVIII	XXXVII	— 27
29	<i>Γ</i> XXVII	XXXVIII	— 28
30	<i>Γ</i> XXVIII	XXXVI	— 29
31	<i>Γ</i> XXVI	Brev. VIII	— 30
32	<i>Γ</i> XXX	Brev. X	— 31
33	<i>Γ</i> XXXI	Brev. XI	— 32
34	deficit <i>Γ</i>	XL	— 33
35	<i>Γ</i> XXXII	Brev. XII	— 34
36	<i>Γ</i> XXXIII	XXXVIII	— 35

C. Maioriani leges novellae.

Incipiunt in codice *Γ* a verbis (f. 115^v): *Tituli legum novellarum divi maioriani augusti*, sequitur index constitutionum duodecim, quarum contextus sex primas integras habet et septimae principium, vacua deinde codicis pagina relicta utpote descripti ex archetypo mutilo. Rubricae sunt hae:

1. 458 Ian. 11 *de ortu imperii cet.*
2. 458 Mart. 10 *de indulgentiis reliquorum.*
3. 458 Mai. 8 *de defensoribus civitatum.*
4. 458 Iul. 11 *de aedificiis publicis.*
5. 458 Sept. 4 *de bonis caducis cet.*
6. 458 Oct. 26 *de sanctimonialibus cet.*
7. 458 Nov. 6 *de curialibus cet.*: *Γ* deficit post prima verba; hiatum explet epitome Alariciana.
8. *de reddito iure armorum*: rubrica adest in *Γ*, contextus deficit in libris nostris.
9. 459 Apr. 17 *de adulteris*: rubrica est in *Γ*, contextum servavit sylloge tertia.
10. *neque senatorem cet.*: rubrica extat in *Γ*, contextus deficit in libris nostris.

11. 460 Mart. 28 *de episcopali iudicio* cet.: rubrica adest in *F*, ubi contextus deficit; particulam eius servarunt Additamenta ad epitomen Alaricianam.
12. *de aurigis et seditiosis*: rubrica est in *F*, contextus deficit in libris nostris.

II. Altera legum novellarum sylloge.

Altera novellarum sylloge extat in Breviario Alariciano. Ea, quatenus Theodosianas, Valentinianas, Maiorianas complectitur, non est nisi epitome primae syllogae. Alaricianos apparet usos esse codice non mutilo in fine et hic illic meliore quam *F*. Ex titulis *Theodosianis* XXVI receperunt undecim eodem ordine 1—2—3—9—11—13—14—15—16—20—22, 1. 2. Ex *Valentinianis* XXXVI duodecim 14—18—19—21, 1. 2—23—25—1, 3—27—31—32—33—35, eodem atque in sylloge prima ordine servato, nisi quod corporis Maioriani novella 1, 3 ex primo titulo sola recepta, septimum in Breviario locum inter novellas 25 et 27 obtinet, quamquam data a. 450 Mart. 5 rectius collocata esset post novellam 27 datam a. 449 Iun. 17. Ex *Maiorianis* denique iurisperiti Visigothi unam solam, scilicet septimam, receperunt.

Ad has autem syllogae primae novellas Visigothi nacti corpus simile imperatoris unius Constantinopolitani syllogen addiderunt constitutionum *Marcianarum* V, quas temporis ordinem secuti inter Valentinianas et Maiorianam collocaverunt. Earum rubricae hae sunt:

1. 450 Oct. 11 *neminem exhiberi* cet.
2. 450 post Oct. 11 *de indulgentiis reliquorum*.
3. 451 Ian. 18 *de praediis civitatum omnium*.
4. 454 Apr. 4 *de matrimoniis senatorum*.
5. 455 Apr. 22 *de testamentis clericorum*.

Praeter novellas laudatas in omnibus, quae extant Breviarii libris, post Maioriani novellam unam (= Corporis nov. Maioriani 7), in qua terminabantur Alaricianae, reperiuntur excerptum ex Maioriani novella 11 (deficiente in *F*) et Severi imperatoris Romani (a. 461—465) novella quae hodie prior numeratur (dat. a. 463 Febr. 20). Breviarium a prudentibus Visigothis absolutum non esse, sed imperfectum publicatum Mommsen (in huius operis volumine primo p. XXXV) demonstravit. Optime id Novellis confirmatur. Nam cum initio interpretationis nov. Valent. 35 (v. 116 sqq.) posteriore lege Maioriani (scil. nov. Maioriani 11) abrogata esse legamus quae in ipsa constitutione Valentiniani de clericis iudicium episcopale adeuntibus dicta sint, nihil eiusmodi in Breviario reperitur. Post Alaricianos igitur, quos non recepisse nisi leges integras certum est (Mommsen l. l. p. XXXVI), a Breviarii continuatoribus, priusquam tertia sylloge conficeretur neque minus ante scriptos omnes codices nostros, addita est novellae Maioriani 11 epitome. Quae, quamquam interpretationem habet formae Alaricianae, tamen incipiens a nota abbreviationis 'de re necessaria ad locum' (v. 2; cf. cod. Theod. 2, 10, 6, 2) non complectitur nisi genuinae novellae caput alterum (vide p. 178). Neque aliter res se habet in Severi novella (vide p. 199 sqq.) a Postalaricianis ex Extravagantibus sumpta, cuius principium (v. 1 sqq.: 'abrogatis capitibus iniustis legis divi Maioriani A. ad locum. Illud tantum ex eadem lege retinentes') breviam esse legem ostendit. Etiam interpretatio ita a solita forma differt, ut diversum ab aliis Breviarii interpretationibus auctorem prodatur.

III. Tertia legum novellarum sylloge.

Tertia sylloge tota fere duabus primis innitur: cum Breviarii enim continuati Novellis alias iungit ex syllogae primae exemplari mutilato in fine, ut *F*, depromptas. Ad has constitutiones accedunt *Anthemii* Romani imperatoris (a. 467—472) novellae tres extravagantes. Praeter recentiora haec, quae tertia sylloge sola servavit, eo nomine utilis neque parvi momenti est, quod complures codicis *F* hiatus explet, id quod supra

(p. XIV sqq.) in Valentinianarum indice significavi. — Composita est sylloge nostra haud multo post Breviarium continuatum, certe saeculo sexto. Leovigildum enim Visigothorum regem (a. 567—586), qui codicem Euricianum emendavit atque auxit, syllogae tertiae constitutionem (scil. nov. Anthemii 1) adhibuisse certum est (vide infra in capite V). Ad definiendam regionem, ubi haec sylloge conscripta est posteaque in usu fuit, fortasse alicuius momenti est, quod novellam Theod. 11 in *F* atque Breviarii libris 'de tutoribus' inscriptam cum tertiae syllogae libri fere omnes tum legis R. Burgundionum (36, 4) codices universi sub titulo 'de tutoribus pupillis nominandis' laudant. Accedit, quod novella extravagans Severi 2 eiusdem legis R. Burg. capiti 46 adscripta inde in nonnullos syllogae nostrae codices transiit.

Tertiae huius syllogae archetypum non solum Novellas, sed Breviarium totum complectens, quem ordinem habuerit, codicum *Vaticani reg. 1023* (saec. X) = *E* (fol. 2^v) et *Parisini 4412* (saec. IX) = *F* (fol. 8^r) rubrica quae sequitur optime explanat: *In XVI nomine (in . . . nomine def. E) incipiunt sententiae cum diebus et consulibus excerptae cum interpretationibus libri legum ex corpore Theodosii (theodosii E). Ipsius Theodosii (theodosii E) sunt libri XVI, Novellarum (libri ins. E) cum auctoribus eorum, id est Valentiniani¹⁾ Martiani Maiuriani Severi Maximi¹⁾, (sunt ins. E) lib. V (libri quinque insimul E). Hic in fine (-nem E) istorum et ante initium Gagi (-gy E) arborem (-rum E) iure (sic) require. Gagi (-gy E) liber (-bro E) I, Pauli sententiarum libri (lib E) V, Gregoriani lib (-bro E) I, Hermogeniani lib (-bro E) I, Papiani lib (-bro E) I, Anthemii (antimi E) lib (-bro E) I. Fiunt insimul veterum ac novellarum libri legum XXXI (xxx et uno E).*

Ad Novellas vero quod attinet, hoc librorum genus plenius quam reliqui repraesentat *Fuldensis* libri epitomati (D 1: saec. VIII) laterculus, qui hunc in modum dispositus est:

A^a) (fol. 10^r): *Incipit liber legum novellarum di tituli diviae (scrib. divi theodosii)*, sequuntur rubricae L, scilicet novellarum Breviarii Theodosii II. = I—XI, novellarum extra Breviarium Theodosii II. et Valentiniani III. commixtarum = XII—XLVIII, novellae denique Maioriani 9 = L.

A^o) (fol. 11^v): *explicunt tituli legum novellarum divi theodosii incipit liber legum valentiniani*, sequuntur rubricae XII, scilicet novellarum Breviarii Valentiniani III.²⁾

B^a) (fol. 13^r): *explic liber papiani incipiunt tituli deti marciiani*, sequuntur rubricae V nov. Breviarii Marciani.

B^b) (fol. 13^v): *explicit novellarum divi marciiani incipiunt novellarum divi marciiani (scrib. maioriani)*, sequuntur rubricae II nov. Breviarii Maioriani.

B^o): *explicit novellarum divi maioriani (sic) incip. divi sitiri*, sequitur rubrica I nov. Breviarii Seueri.

B^d): *incipiunt tituli divi maximi de summos laquidi (sic).*

C) (f. 14^v): *explicit tituli maximi incipiunt tituli legum divi antimini (sic)*, sequuntur rubricae III novellarum extravagantium Anthemii.

Explicit ad integrum scintilla de libro legum.

Fuldensis cum praeter laterculum non habeat nisi constitutionum epitomas brevissimas, alii eiusdem originis libri, qui per se minus pleni et in ordine et in numeris adscriptis cum *Fuldensi* consentiunt, leges receptas integras exhibent. Pertinet id potissimum ad *Pithoenum deperditum*: in Sichardianae enim editionis exemplari olim P. Pithoeorum patris et filii, nunc bibliothecae publicae Parisinae in repositis (en réserve) F 380 (F^a), f. 94^v laterculum invenimus novellarum a Sichardo non receptorum, scilicet novel-

¹⁾ In hac codicum *SE* rubrica, in qua, ut in tertiae syllogae archetypo, ficticia Maximi qui dicitur novella (vide p. XXIV) libri quinti Novellarum locum obtineat, Theodosii II. leges novellae, servato legitimo librorum numero, omittuntur.

²⁾ Inter *A^o)* et *B^a)* interpositi sunt Gaius Gregorianus Hermogenianus Alariciani, deinde sub rubrica Papiniani in Breviarium recepti incipit lib *papianus sponsaliorum I de pactis int virum et uxorem* (pariter atque in *A*) sequitur novella Seueri 2 (vide p. XXIV), tum praefixis *II de reorum custodia* Theodosiani 9, 1, 18 interpretatio habetur. Ut Gaius Gregorianus Hermogenianus, ita Paulus Theodosianum excipiens falso in loco collocati sunt, id quod librorum *SE* rubrica (vide supra) docet.

larum extra Breviarium, Petri Pithoei patris manu (**A*) ex libro illo deperdito descriptum editumque inde a Cuiacio in priore a. 1566 editione (Cui. ed. 1). Continet hic laterculus, Sichardianis omisis, rubricas, quae Theodosianis Valentinianisque extra Breviarium positae (*A*^b) et Anthemianis novellis (*C*), ut sunt in Fuldensi libro, respondent. Earundem constitutionum textum eodem ordine dispositum exhibet apographum Pithoeani deperditi, *Parisinus 4420*, nobis *A*, adiectis post Anthemianas (f. 64^v) Breviarii Valentinianis cum interpretationibus (*A*^c) ex eodem libro depromptis. Breviarii Theodosianae (*A*^a), quas extitisse in codice deperdito in capite quarto explicabitur, non describuntur in *A*; at Marciiani Maioriani Severi constitutiones Alaricianae (*B*^a*B*^b*B*^c) deficiebant in illo, id quod adnotatio 'deest in nostro' Pithoei patris manu in Sichardiana F 380 f. 110 et 115^v ad locum adscripta demonstrat.

Ad idem syllogae nostrae archetypum redire libros *Fuldensem*, *Pithoeanum deperditum* cum *Parisino 4420* (*A*) neque minus decurtatos *Vaticanum reg. 1023* (*Σ*) et *Parisinum 4412* (*Ξ*) atque *Oxoniensem Bodleianum 3362* (nobis *O*) saec. XII a Wilhelmo Malmesburiensi conscriptum rubricarum laterculus subiectus ostendit¹⁾:

Editionis ordo (vide p. XIII seqq.)	Fuldensis	* <i>A</i> <i>A</i>	Σ	Ξ	O
<i>A</i> ^a)					
Theod. 1	Theod. I	deficit in * <i>A</i> (lat.) <i>A</i>	Theod. I	Theod. I	epistola Theodosii.
— 2	— II	" "	— II	— II	epistola eiusdem.
— 3	— III	" "		deficit	Theod. I
			[addita in contextus margine]		
— 9	— IIII	" "		deficit	— II
— 11	— V	" "	Th. V	Th. V	— III
				[extr. pars deficit in context.]	
— 13	— VI	" "	— VI	— VI	— IIII
				[deficit in context.]	
— 14	— VII (VIII in context.)	" "	— VII	— VII	— V
				[deficit in context.]	
— 15, 1	— VIII (scrib. VIII)	" "		deficit	— VI
			[addita in contextus margine]		
— 16	— VIII (X in lat.)	" "	Th. VIII	Th. VIII	— VII
				[prima pars deficit in context.]	
— 20	— X (XI in lat.)	" "	— X	— X	— VIII
— 22, 1	— XI (XII in lat.)	" "	— XI, 1	— XI, 1	— VIII, 1
— 22, 2	deficit	" "	— XI, 2	— XI, 2	— VIII, 2
<i>A</i> ^b)					
Th. 5, 1	Th. XII	Th. XII, 1	}	deficit	Th. X, 1
— 5, 2	deficit	— XII, 2			— X, 2
— 5, 3	deficit	— XII, 3			— X, 3

¹⁾ Eiusdem familiae sunt libri *ψΩ* (vide p. XXII. XXIII), Vaticanus reg. 1050, praeterea qui Breviarii tantum novellas continent Parisini 4408. 4411. 4413. 9653, Leidensis Voss. quart. 47, de quibus in capite quarto disseretur; eodem pertinent legum novellarum excerpta in codicibus Berolinensi Phillippe. 1741, Parisinis 12445 (= D). 10753, Vaticano reg. 520 et in epitome Aegidiana servata, id quod in capite quinto videbimus.

Editionis ordo	Fuldensis	*AA	Σ	Ξ	O
Th. 6	Th. XIII	Th. XIII			Th. XI
- 7, 1	deficit	- XIII, 1		deficit	- XII, 1
- 7, 2	deficit	- XIII, 2		deficit	- XII, 2
- 7, 3	deficit	- XIII, 3		deficit	- XII, 3
- 7, 4	Th. XIII	- XIII, 4		deficit	- XII, 4
- 8	- XV	- XV		deficit	- XIII
- 10, 1	- XVI	- XVI, 1		deficit	- XIII, 1
- 10, 2	deficit	- XVI, 2		deficit	- XIII, 2
- 12	Th. XVII	- XVII	Th. XVII (XIII in con- text.)	Th. XVII	- XV (sic in context, XVI in lat.)
- 18	- XVIII	- XVIII		deficit	- XVI
Val. 8, 1	deficit	- XVIII, 1		deficit	- XVII, 1
- 8, 2	Th. XVIII	- XVIII, 2	Th. XVIII (XVII in con- text.)	Th. XVIII(sic)	- XVII, 2
- 9	- XX	- XX		deficit	Val. II
- 10	- XXI	- XXI		deficit	- VIII
- 12	- XXII	- XXII		deficit	- III
- 13	- XXIII	- XXIII		deficit	- VIII
- 17	- XXIII	- XXIII	Th. XXIII	Th. XVIII(sic)	- III
- 16	- XXV	- XXV		deficit	- V
- 20	- XXVI	- XXVI		deficit	- VI
- 24	- XXVII	- XXVII		deficit	- VII
Th. 19	- XXVIII	- XXVIII		deficit	Th. XVIII
- 21	- XXVIII	- XXVIII		deficit	- XVIII (sic in context, XVII in lat.)
- 23	- XXX	- XXX		deficit	- XX (sic in context, XVIII in lat.)
- 24	- XXXI	- XXXI	Th. XXXI	Th. XXI(sic)	- XXI (sic in context, XVIII in lat.)
- 25	- XXXII	- XXXII	- XXXII	- XXXII (sic in context, XXII in lat.)	- XXII
- 26	- XXXIII	- XXXIII	- XXXIII	- XXXIII	- XXIII
Val. 2, 2	- XXXIII	- XXXIII		deficit	Val. X
- 26	- XXXV	- XXXV	Th. XXXV	Th. XXXV	- I
- 30	- XXXVI	- XXXVI		deficit	- XI (sic in context; deficit in lat.)
- 28	- XXXVII	- XXXVII	Th. XXXVII	Th. XXXVII	- XII (sic in context, XI in lat.)
- 29	- XXXVIII	- XXXVIII		deficit	- XIII (sic in context, XII in lat.)
- 36	- XXXVIII	- XXXVIII	Th. XXXVIII	Th. XXXVIII	- [X]XIII (sic in context; numerus deficit in lat.)
- 34	- XL	- XL		deficit	- XV (sic in context, XIII in lat.)

Editionis ordo	Fuldensis	* <i>ss</i>	Σ	Ξ	0
Val. 3	Th. XLI	Th. XLI		deficit	Val. XIII (sic in context., XIII in lat.)
— 4	— XLII	— XLII		deficit	— XVI (sic in context., XV in lat.)
— 5	— XLIII	— XLIII		deficit	— XVI (sic)
— 6, 1	deficit	— XLIII, 1	}	deficit	— XVII, 1
— 6, 2	deficit	— XLIII, 2			— XVII, 2
— 6, 3	Th. XLIII	— XLIII, 3	}	deficit	— XVII, 3
— 7, 1	— XLV	— XLV, 1			— XVIII, 1
— 7, 2	deficit	— XLV, 2	}	deficit	— XVIII, 2
— 7, 3	deficit	— XLV, 3			— XVIII, 3
Th. 4	Th. XLVI	— XLVI		deficit	Th. XXIII
— 17, 1	— XLVII	— XLVII		deficit	— XXV
Val. 11	Th. XLVIII	Th. XLVIII		deficit	Val. XVIII
— 22	— XLVIII	— XLVIII		deficit	— XX
Maorian. 9	— L	— L		deficit	Maorian. III
A^c)					
Val. 14	Val. I	Val. I	Val. I	Val. I	Val. XXI
— 18	— II	— II		deficit	— XXII
— 19	— III	— III	Val. III	Val. III	— XXIII
— 21, 1	— III	— III, 1	— III, 1	— III, 1	— XXIII
— 21, 2	deficit	— III, 2	— III, 2	— III, 2	deficit
— 23	Val. V	— V	— V	— V	Val. XXV
— 25	— VI	— VI (VII in con- text.)	— VI [deficit in context.]	— VI	— XXVI
— 1, 3	— VII	— VII		deficit	— XXVII
— 27	— VIII	— VIII	Val. VIII [deficit in context.]	Val. VIII	— XXVIII (sic in lat. et con- text. ² , XXVII in context. ¹)
— 31	— VIII	— VIII	— VIII [deficit in context.]	— VIII	— XXIX
— 32	— X	— X		deficit	— XXX
— 33	— XI	— XI	Val. XI [deficit in context.]	Val. XI	— XXXII (sic in lat., XXX) in context.
— 35	— XII	deficit	— XII [deficit in context.]	— XII	— XXXI
B^c)					
Marcian. 1	Marcian. I	deficit	Marcian. I [deficit in context.]	Marcian. I	Marcian. I
— 2	— II	"		deficit	— II (sic in context., III in lat.)
— 3	— III	"	Marcian. II [sic in lat., deficit in con- text.]	Marcian. III	— III

Editionis ordo	Fuldensis	* <i>ΔΔ</i>	Σ	Ξ	Ο	ψθζ Aegid.
Marcian. 4	Marcian. III	deficit	deficit	Marcian. III	Marcian. III	
— 5	— V	"	Marcian. V [deficit in context.]	— V	— V	
<i>B^b)</i>						
Maio- rian. 7	Maio- rian. I	deficit	deficit	Maio- rian. I	Maio- rian. I	Maio- rian. I
— 11	— II	"	Maio- rian. II [deficit in context.]	Maio- rian. II	— II	— II
— 1	deficit	"	deficit	deficit	deficit	— III
— 2	"	"	deficit	"	"	— III
— 3	"	"	Maio- rian. V [deficit in context.]	Maio- rian. V	"	— V
— 4	"	"	deficit	"	"	— VI
— 5	"	"	deficit	"	"	— VII
— 6	"	"	Maio- rian. VIII [deficit in context.]	deficit	"	— VIII
<i>B^c)</i>						
Sever. 1	Sever. I	deficit	deficit		lex Severi	Sever. I
<i>B^d)</i>						
Maximi qui dicitur novella (vide p. XXIV not. 1)	nov. Maximi	deficit	Maximi liber memoratur in rubrica (vide p. XVIII)		deficit	deficit
<i>C)</i>						
Anthem. 1	Anthem. I	Anthem. I	Anthem. I [deficit in context.]	Anthem. [I]	Anthem. [I]	deficit
— 2	— II	— II	Anthem. II [deficit in context.]	Anthem. II	— II	"
— 3	— III	— III	Anthem. III [deficit in context.]	Anthem. III	— [III]	"

Ex hoc laterculo perspicimus prorsus concordare libros *Fuldensem* et *Pithocanum deperditum* cum apographo *Δ* neque abhorreere ab iis mutilorum codicum ΣΞ numeros raro mendose scriptos. Syllogae ordinator quid in animo habuerit Theodosianas et Valentinianas (*A*) ita disponens, dici non potest. Has enim habemus novellarum series:

A^a) I—XI = *Brev. Theod.* 1—2—3—9—11—13—14—15, 1—16—20—22.

A^b) XII—L = *Novellae extra Breviarium*:

α) XII—XVIII = *Theod.* 5—6—7—8—10—12—18.

β) XVIII—XXVII = *Valent.* 8—9—10—12—13—17—16—20—24.

γ) XXVIII—XXXIII = *Theod.* 19—21—23—24—25—26.

δ) XXXIII—XLV = *Valent.* 2, 2—26—30—28—29—36—34—3—4—5—6—7.

ε) XLVI. XLVII = *Theod.* 4—17, 1.

- ζ) XLVIII. XLVIII = *Valent.* 11 — 22.
 η) L = *Maorian.* 9.
 A^o) I—XII = *Brev. Valent.* 14 — 18 — 19 — 21 — 23 — 25 — 1, 3 — 27
 — 31 — 32 — 33 — 35.

Sunt igitur a) et b) α. γ. ε Theodosianae, b) β. δ. ζ et c) Valentinianae. Hinc apparet ordinatorem in novellis Breviarii Theodosianas et Valentinianas recte separavisse, reliquas extra Breviarium positas cum Maioriana nona omnes tribuisse Theodosio.

Quibus explicatis *Oxoniensis libri O* dispositio quid sibi velit clare perspicitur. Willelmus enim Malmesburiensis, qui librum conscripsit, cum id agat, ut suas utrique imperatori constitutiones in sylloge commixtas attribuat, series illas supra significatas ita ordinat:

- Brev. Theod.*: duae epistolae et I—VIII = A^o).
Extra Brev. Theod.
 X—XVI = A^b) α.
 XVII = *Valent.* 8 iniuria inter Theodosianas
 relata.
 XVIII—XXIII = A^b) γ.
 XXIII. XXV = A^b) ε.
Extra Brev. Valent.
 I = *Valent.* 26 'de confirmatione legum divi
 Theod. Aug.' ante ceteras Valentinianas collocata (vide A^b) δ).
 II—VIII = A^b) β (*Valent.* 9 — 12 — 17 — 16 — 20
 — 24 — 10 — 13).
 X—XVIII (numero XVI iterato) = A^b) δ (*Valent.* 2, 2 — 30 [deficit in lat.]
 — 28 — 29 — 3 — 34 — 4 — 5 — 6 — 7).
 XVIII. XX = A^b) ζ.
Brev. Valent.
 XXI—XXXII = A^c).
 XXXIII = *Valent.* 36 ad finem collocata, ut in
 prima sylloge.

Quae cum ita sint, *Theodosii II.* novellae, quae extant in corporis Maioriani codice F, excepta nov. 17, 2 omnes leguntur in tertia sylloge servato ordine, nisi quod receptae in Breviarium a reliquis separantur et novellae 4—17, 1 in fine collocantur.

Valentiniani III. novellae in tertia sylloge auctae reperiuntur constitutionibus quatuor in nostra editione numeratis 2, 2 — 6, 3 — 16 (cuius epitomen ex syllogae primae codice aliquo depromptam praebet Phillipps. 1735) — 34: descendunt sine dubio ex syllogae primae codice pleniore quam F. Contra absunt a sylloge tertia nov. 1, 1, quam totam servavit F, et 1, 2, cuius prima pars in eodem codice extat, porro 2, 3, quam exhibent Cuiaciana, et 2, 4, cuius partem primam servavit Cuiacius, extremam F; nov. 15 non habetur nisi in Cuiaciana. Novellam 1, 3 servavit Breviarium. Deficiunt in libris omnibus nov. 1, 2 pars extrema et 2, 1 tota.

Ex *Maioriani* novellis nona in tertiae syllogae codicibus Fuldensi, Pithoeano deperdito cum A, O solis reperitur, sed inter Theodosianas relata numerum 'L' fert. Verisimile igitur est in syllogae huius archetypo praescriptum fuisse novellae 'L. de adulteriis divi Maioriani'. Quam rubricam cum Fuldensis vix mutet ('l. aduteriis [sic] divi maioriani'), in Pithoeano, littera 'l' [= 50] perperam intellecta, scribitur 'll. [= leges] novellae de adulteriis divi maorani' (sic). Unde iniuria plures fuisse Maioriani 'de adulteriis' novellas P. Pithoeus filius (in Pithoeana a. 1571 editione [= Pith. ed.] ad p. 49) collegit, id quod iam Haenelius (*nov. constitutiones* p. 327/28) refutavit. — Sex autem primas Maioriani novellas non solum in mutilo codicis F archetypo extitisse, verum etiam in libro et ipso mutilato, a quo omnes syllogae tertiae codices pendent, et libri ΣZ docent et codices decurtati *Berolinensis lat. quart. 150* (nobis Θ), *Varsoviensis n. 480* (nobis Φ), *Parisinus 9652*

adjuncto quaternione inde avulso, hodie coniuncto cum *Parisino 4406* (fol. 60—67) [nobis Ω], quos singulis lectionibus plerumque consentire cum **AAΣO*, semper fere dissentire a Γ infra monstrabitur. Reicienda igitur est Mommseni opinio (*Theod. I* p. XCVI), qui novellas Maioriani 1—6 ex archetypo codicis Γ in hos libros translatas esse putat. Servat autem libri Σ laterculus novellarum 3 (= V) et 6 (= VIII) rubricas, Ξ novellam 3 (= V) et in laterculo et in contextu integram; $\Psi\Theta\Omega$ sex primas Maioriani plenas exhibent, quarum rubricae in *epitomae Aegidianae* libris leguntur.

Hanc igitur Maiorianarum habemus rationem: syllogae primae codex Γ cum habeat sex primas et septimae principium deficiente reliquarum contextu in libro mutilato, Breviarii conditores usi exemplo pleno inde non receperunt nisi septimam, ad quam continuatores partem undecimae adiecerunt. Ad quas duas novellas in tertiae syllogae archetypo accedunt et novella 9 inter Theodosianas relata, cuius fons latet, et novellae 1—6 ex syllogae primae exemplari mutilato, sed diverso a Γ , descriptae, quae Breviarii Maiorianis postponuntur.

Marciani imperatoris Orientis corpus Novellarum habuerunt Alariciani prudentes et inde Breviario suo epitomam inseruerunt, quae deinde neque aucta neque imminuta in syllogam tertiam transiit.

Severi novellam eam, quae prior numeratur, tam quod non integra recepta est quam interpretationis forma patefaciunt afuisse ab archetypo Alariciano, ut supra (p. XVII) vidimus. Praeter Breviarii codices exhibent eam tertiae syllogae libri Fuldensis et *O*. — Secunda novella Severi (a. 465 Sept. 25 data) originem habet diversam; ex legis enim R. Burgundionum codice antiquissimo, in quo capiti 46 adscripta erat, novellam hanc extravagantem in nonnullos tertiae syllogae libros translata esse probabile est, ubi cum Papiniano finem Breviarii faciente coniungebatur. Huiusmodi liber erat Pithoeanus perditus, ex quo sumptam constitutionem integram P. Pithoeus pater in Sichardianae exemplari Parisino F 380 supra (p. XVIII) laudato f. 167^v suo loco adscripsit adscriptamque a. 1566 edidit Cuiacius. Praeterea frustum legis in Fuldensi (f. 128^v) sub Papiniani nomine adest (vide p. XVIII not. 2) maioremque partem legimus in Vaticano reg. 1050 (f. 118) inter auctorum indicem Breviario subscriptum et legem R. Burgundionum.

Anthemii constitutiones tres tertia sylloge servavit; habentur in codicibus Fuldensi, Pithoeano cum *A, E, O*; rubricae praeterea extant in Σ Novellae 2 rubrica, quae sic traditur: 'de confirmatione legis *d. n. Leonis A.*', genuinam harum novellarum formam nobis servari docet. Novellas 2 et 3 eodem die promulgatas ita inter se cohaerere supra (p. XI) dixi, ut tertia a Leone Anthemio missa alteri subiungatur (vide ad nov. Anth. 3, 1 p. 206).

Pauca denique dicenda sunt de '*divi Maximi*' qui dicitur fragmento informi, quod reperitur in Fuldensi f. 13^v (vide p. XVIII) et 132^v sub praescripto *incipiunt tituli divi Maximi de summo slaquidio* (summos laquidi *in lat.*) itemque memoratur in rubrica codicum Σ (fol. 2^v) et Ξ (fol. 8^v), quam p. XVIII descripsi. Fragmentum hoc Petronio Maximo ei, qui post interfectum Valentinianum III. a. 455 per paucos menses regnavit, iniuria tribui solet: nam et Fuldensis et rubrica illa Maximum post Severum nominat neque probabile est ullam illius imperatoris constitutionem in legum volumina relata esse. Quapropter inter editionis nostrae leges novellas fragmentum illud non rettuli, cuius verba infra in adnotatione dantur¹⁾.

¹⁾ 'Humanitate (-ti *in lat.*) concidemus si recusaverint admittetur quid autem de concessa sibi condicione ubi singularem maticiae obiectione viri preferitur prepter pullata nobis coria perquaeret cuius ad omnis provincias nostre serenitatis aedicto mox scripta remiscitis (*vel remiscitur*).'

CAPVT ALTERVM.

CODICES CORPORIS MAIORIANI (PRIMAE SYLLOGAE).

Syllogae primariae exemplaria extant duo et re et forma plane diversa, scilicet codex fere integer Vaticanus lat. 7277 (*T*) et schedarum duarum a Cuiacio inventarum atque editarum, quae fragmenta minora continebant, apographa Pithoeana.

Vaticanus lat. 7277 (= Haenel, nov. const. 1: Vaticano-Ottobonianus, olim Iosephi *T* Garampii) scriptus est saec. IX litteris minusculis, ut folii 1^v scripturae specimen apud Amaduntium (*Leges Novellae V anecdotae*, Romae 1767, p. XIX) docet. Originem unde traxerit quamquam testem nullum habemus, tamen et archetypum et ipsum in Gallia scriptos esse vel inde colligi potest, quod praeter Novellas non continet nisi legem R. Burgundionum sub titulo 'legis Romanae' Gaiumque Alaricianum. Fuit praeterea inter Christinae Suecorum reginae libros, quorum plerosque et gravissimos inde ab anno 1650 ab Isaacio Vossio in Gallia adquisitos esse novimus (cf. Blume, *Rer Italicum III* [1890] p. 55sq.). Sed certiora non constant. Reperiuntur autem in primi folii lacerati recta bibliothecarum litterae quae sequuntur: *Ag. VI* (numero *VI* virgula expuncto) — 25 (item expunct.) — 327 — *S. X. 20* (expunct.) — *E. 6. 3* — 7277. Quorum signorum ultimum cum interpretatione non egeat, litteras *S. X. 20* ad bibliothecam Ottobonianam spectare Henricus Brenemannus (in *Epistola ad Hadrianum Relandum de consuebus quorum in Pandectis fit mentio data* . . . [Traiecti Batavorum 1715]) testatur, qui de codice nostro post alia haec scribit: 'Relatus autem est in indice splendidissimae illius bibliothecae' (sc. Ottoboniana) 'sub litera *S. X. 20*'. Siglum porro *E. 6. 3* (sic legendum est) pertinere ad Iosephi Garampii bibliothecam Haenelii (nov. const. p. III) adnotat. Praecedentium litterarum vim pro certo explicare non possum, sed ex laterculo in adnotatione¹⁾ subiecto, quo nonnullorum Vaticanae bibliothecae librorum numeros examinatos proposui, conicere licet in Christinae reginae bibliotheca codici nostro numerum fuisse 327. Signo *Ag. VI* nostrum antea in eadem fuisse bibliotheca docemur, in qua Vaticanus reg. 1023 (*Ag. VII* signatus¹⁾) fuit. — Mortuis Christina

¹⁾

<i>Numeri Vaticanae bibliothecae</i>	<i>Numeri vel inscriptiones librorum a Christina regina adquiretorum</i>	<i>Numeri bibliothecae reginae</i>	<i>Numeri bibliothecae reginae in Vaticanum translatae qui fuerunt Montfauconii temporibus</i>	<i>Numeri bibliothecae Ottoboniana</i>
Vat. reg. 153	'numero 12 N(on) Pet(aviano) 1656 Bourdelot'		1441 (cf. Montf. Bibl. I p. 46)	
— 520 (cod. miscellan.)	Petri Danielis et A. Petavii nomina inscripta sunt	184	numerum 184 notat Montf. Bibl. I p. 93	
— 846	A. Petavii nomen inscriptum est	320 (sic)	1170 (cf. Montf. I p. 38. 93)	
— 852	'numero 116 No(n) P(etaviano) 1656'		1168 (cf. Montf. I p. 38)	

regina et Azzolino, quem heredem instituerat, bibliotheca a. 1689 Petro Ottobonio cardinali vendita est (cf. *Mémoires concernant Christine reine de Suède* [Arckenholts], I [1751] p. 267 sqq. II p. 322 sqq.). Qui pontifex maximus renuntiatus adscito nomine Alexan-

Numeri Vaticanae bibliothecae	Numeri vel inscriptiones librorum a regina adquisitorum	Numeri bibl. reginae	Numeri bibl. reginae in Vaticanum translatae qui fuerunt Montfauconii temporibus	Num. bibl. Otto- bonianae	Num. bibl. Garam- pianae
Vat. reg. 857	A. Petavii nomen inscrip- tum est		1171 (cf. Montf. I p. 38. 93)		
— 886	A. Petavii nomen inscrip- tum est		1166 (cf. Montf. I p. 38. 93)		
— 982	A. Petavii librum fuisse Montf. I p. 70 dicit	244	numerum 244 notat Montf. I p. 19. 70	X. 49 (?)	
— 991	A. Petavii nomen inscrip- tum est	320 (sic)	1175 (cf. Montf. I p. 39. 93)		
— 992	'numero 109 no(n) Pet. 1656'		1525		
— 1023 (= Z)	Ag. VII — 'numero 115 N. P. 1656'	197	1169 (cf. Montf. I p. 38)		
— 1024	'numero 124/1656 N. Pet.' (errore Montf. I p. 93 librum inter Petavianos refert)		1176 (cf. Montf. I p. 39. 93)		
— 1048	H 35 — Petri Danielis et A. Peta- vii nomina inscripta sunt	373	numerum 373 notat Montf. I p. 22. 93		
— 1049	'numero CXXV non Pet.' (errore Montf. I p. 93 librum inter Petavianos refert)	371	numerum 371 notat Montf. I p. 22. 93		
— 1050	A. Petavii nomen in- scriptum est	379	numerum 379 notat Montf. I p. 22. 93		
— 1124	A. Petavii librum fuisse Montf. I p. 93 dicit	376	numerum 376 notat Montf. I p. 22. 93	XI. 33 (?)	
— 1128	A. Petavii nomen inscriptum est	377	numerum 377 notat Montf. I p. 22. 93		
— 1283		481	numerum 481 notat Montf. I p. 24		
— 1873		369	numerum 369 notat Montf. I p. 22		
Ottob. 2225 (antea 3025)	V (?) 36 — 'numero 114 no(n) P(eta- viano) 1656' (errore Montf. I p. 93 librum inter Petavianos refert)	'Ex Biblio- theca Serenis- simae Reginae Num. 378'	numerum 378 notat Montf. I p. 22. 93	'cod. 7 Ottob.' — S. X. 11 (cf. Montf. I p. 189)	
Vat. 1321		428		S. 8	
— 7277 (= F)	Ag. VI — 25	327		S. X. 20 (cf. Montf. I p. 187 A)	E. 6. 3

Signum *Ab*: IV cod. 30, quod chartae inter involucrum pristinum et codicem ipsum interpositae inscriptum esse Haenelius (l. l. p. III) commemorat, hodie et involucre et charta sublati deficit; ad quam bibliothecam pertinuerit dici non potest.

dri VIII. postquam a. 1690 maximam librorum illorum partem in Vaticanum sub nuncupatione Alexandrinae bibliothecae transtulit, librum nostrum et 99 alios codices selectos in domestica sua bibliotheca, scilicet Ottoboniana, retinuit. Ubi a. 1711 a Brenemanno inspectus a. circiter 1741, quo Ottoboniana a Benedicto XIV. empta Vaticanae attributa est, iam non erat (cf. Amadutius *l. l.* p. XVIII. XXVI). Sed quando et a quo distractus fuerit, omnino non constat. Certum autem est postea librum fuisse Constantini Ruggieri, qui et Zirardino per aliquot annos eum commodavit et paulo antequam a. 1763 moreretur Amadutio donavit (cf. Haenel *l. l.* p. VII). Cuius ex manibus in Iosephi Garampii bibliothecam transiit (Amadutius *l. l.* LXXIII). Post obitum eius cum Romae ceteris cum Garampianis diu latuisset, inter a. 1815 et 1824 in Vaticanum rediit (Blume, *Iter Italicum II* p. 234), ubi ab Haenelio denuo in lucem protractus est. — Involucro reginae Christinae et Ottoboniana bibliothecae insignia ferenti, quod Haenelius descripsit (*l. l.* p. III), Gregorio XVI. pontifice (1831—1846) novum substitutum est, quod huius pontificis et Lambruschinii cardinalis bibliothecae Vaticanae praefecti insignia exhibet atque numerum Vat. lat. 7277.

Codex ex archetypo descriptus, qui habet locis quinque (omissis nov. Theod. 1, 31/32 ab *inveitissimo* usque ad 3, 86/87 *quae insatiabili* — nov. Valent. 1, 2 parte extrema usque ad 2, 4, 12 *storaci* — Valent. 6, 3 — 15 et 16 — 34) et mutilus erat in Novellarum fine post nov. Maioriani 7, 2 *ac vi*], ex 128 foliis constat; quaterniones numerati sunt litteris Romanis. Perierunt folia duo, quaternionis A folium alterum (in quo periit legis R. Burgund. index capitum inde a capite XV) et quat. D folium primum (in quo interciderunt index titulorum legum novellarum Theodosii II. praeter rubricam primam et initium nov. Theod. 1). In quaternionis N folio septimo (= fol. 100) numerus ab eo omittitur, qui postea folia numeravit; folia igitur numeris 100—127 signata revera respondent foliis 101—128. Super sunt ergo quaternionum 16 (A—Q) folia 128 et quaternionis R folia duo. Quaternionis Q folium 8^r (f. 126^r) inde a versu septimo post nov. Maioriani 7, 2 *ac vi*] litteris vacat. — Folia 1—23^v legem Romanam Burgundionum continent, praemisso indice mutilo, cui praescribitur *Incipit capita* (sic) *de lege Romanae* (sic). Sequuntur leges novellae f. 23^v—126^r, quas excipiunt Gai Alariciani tituli L. II. VIII. VIII usque ad verba paragraphi 6 *aliena praesump*], quibus codex f. 126^v terminatur. Ad Novellas ipsas quod attinet, Theodosianae continentur fol. 23^v—68^v, Valentinianae finiunt f. 116^r, Maiorianae denique insunt foliis 116^r—126^r. Singulorum imperatorum constitutionibus praemittuntur indices, quos in capite primo (p. XIII sqq.) de corporis Maioriani neque minus editionis nostrae ordine disserentes tractavimus. In indice rubricis semper praescribuntur numeri, in contextu ad nov. Theod. 4 — 5 — 7 — 11 omisi posteriore manu (*I*²) adduntur.

Tres eiusdem aetatis manus discernuntur; manu prima scripta sunt f. 1—97 et f. 103^r inde a versu decimo usque ad f. 117: pagina versus 21 habet, versus litteras 36 ad 38 (f. 103^r versus 27 exhibet, versus 10—20 huius paginae litteras 56 ad 58 continent). Alteri manus forma quidem nitidiori et subtiliori, sed re negligentiori attribuenda sunt folia 98—103^r v. 9: versuum numerus non differt, versuum litterae ad sexagenas fere numerantur. Tertiae denique manus sunt f. 118—128: singulae paginae 30 versus continent, singuli versus 36 ad 40 litteras.

Qui codicem descripserunt librarii haud ita magna diligentia usi sunt. Satis autem diiudicari non potest, quid librariis tribuendum, quid ex archetypo descriptum sit, a quo maiores certe hiatus proficiscuntur. Hic illic dittographiae occurrunt; crebra sunt verba singula omissa interdum spatio vacuo relicto, crebriores litterae excisae. Saepissime verba inepte coniunguntur vel dividuntur adeoque corrumpuntur. Huius generis corruptelas utpote minoris momenti in apparatus non recepi; pleraque in Amadutianae editionis adnotationibus et praefatione (p. XXXII sqq.) allata invenies. Neque minus neglexi menda orthographica; plena enim orthographia est barbarismis vitiisque. Nihilominus librum quamquam multo recentiore Theodosiani integri codicibus *RV*, quorum orthographiam Mommseni editio repraesentat, ut est unicum corporis Maioriani exemplar fere integrum, in editione mea in orthographicis pariter atque in compendiis secutus sum, correctis scilicet falsis scripturis consultisque vetustioribus Breviarii libris *PM*. — Ad recensendum textum quantum valeat, in capite septimo explicabitur.

Restat ut de emendationibus et adnotationibus agam. Emendata autem quae sunt in codice nostro pleraque (Γ^b) redeunt ad ipsos librarios primitivam lectionem plerumque sanantes, raro corrumpentes, saepius falsis falsa substituentes (ut Theod. 26, 67, ubi Γ^b praebet *multa*, non *multos*, ut in apparatu scripsi — Valent. 3, 10 — 5, 18/19 — 8, 1, 2 — 12 inscr. — 12, 6 — Maiorian. 2, 46). Emendationes a librariis ipais alienae et recentiori aetati tribuendae in textu raro occurrunt (Γ^a), ut Theod. 1, 27 — 4, 35 — 22, 1, 9. Marginales autem adnotationes plurimae reperuntur diversis manibus scriptae, quarum una, eiusdem fortasse aetatis atque Γ^a , textum emendat; nam praeter rubricarum nov. Theod. 4 — 5 — 7 — 11 numeros omissos, quos addit, nonnullos locos corrigit. Reliquarum vero manuum notae in margine adscriptae nihil valent, quippe quae non sint nisi recentiorum criticorum observationes. Prima manus acceptoris, cui quaeque constitutio inscripta est, et alterius consulis nomina repetit. Aliae tres ad singulas novellas, exceptis eis, quae in Γ solo extant neque editae erant ante a. 1766/1767 (vide infra), adnotant, ubi impressae reperiantur in editionibus Cuiaciana altera a. 1586 (1.), Pithoeana cura Francisci Desmarés Parisiis a. 1689 denuo prodita (2.), denique in Gothofredi editione Lugdunensi anni 1665 et in Ritteri Lipsiensi anni 1743 (3.). Secunda manus ad Pithoeanam pertinens raro occurrit. Duo exempla afferre placet; ad nov. Theod. 8 notantur: (1.) *Cuiac. 552* — (2.) *p. 707* — (3.) *Ti. XV*; ad nov. Valent. 28: (1.) *Cuiac. 572* — (3.) *Inter Nov. Valen. tit. XIV sec. ed. Goth. inter Th. tit. XXXVII sec. ed. Ritter*. Qui Cuiacianae et Pithoeanae editionum laudatores fuerint cum incertum sit, tertiae manus auctorem Amadutium fuisse vel inde apparet, quod hic et in editionis suae adnotationibus Gothofredi neque minus Ritteri editionum numeros solos respicit.

Librum Γ primus Brenemannus a. 1711 examinavit, qui rubricas inscriptiones subscriptiones collatas atque quinque novellas ineditas descriptas publici iuris non fecit (Haenel *l. l.* p. VI not. 34). Neque magis Adamus Volsiniensis, cum paulo post codicem collatum a. 1719 moreretur, editionem, quam paraverat, perficere potuit (*l. l.* not. 37). Zirardus demum (*Imperatorum Theodosii Iunioris et Valentiniiani III. Novellae Leges cet., Faventiae 1766*) et Amadutius (*Leges Novellae V anecdotae imperatorum Theodosii Iunioris et Valentiniiani III. cet., Romae 1767*) eodem fere tempore codicis nostri partes commentariis instructas divulgaverunt, scilicet ille novellas omnino ineditas Theod. 15, 2 — 17, 2 — Valent. 1, 1 — 1, 2 — 2, 4 extr. et novellam Theod. 10, 2 magna ex parte anecdotam una cum indice titulorum, hic easdem novellas atque indicem additis variis lectionibus novellarum editarum, praeterea legem Romanam Burgundionum. Post quos Haenelius omnibus libri Γ novellis collatis a. 1844 novam editionem in lucem protulit. Ipse codicem a. 1901 Romae contuli.

*Schedae
Cuiacianae*

Schedas duas hodie deperditas, quae primae syllogae codicis fragmenta exhibuerunt, Cuiacius primus divulgavit in Observationum (nobis *Cui. [obs.]*) libro 16 (cf. *I. Cuiacii operum quae de iure fecit tomus quartus*, Parisiis 1577, p. 407 sq. = *I. Cuiacii operum priorum tomus tertius*, Neapoli 1758, p. 471 sq.). Cuius libri capiti 22 rubricam ferenti 'de non perpetuandis advocatis et de his constitutiones quaedam novae' tituli Valentiniiani 'de postulando' inscripti novellas duas inseruit. Nam praemissis his: 'inveni novellam 'Valentiniiani et Martiani Proponam eius novellae verba quae habeo; ea enim tantum habeo, quae lacera quaedam vetus scheda dedit, quae adglutinata erat involucro 'libri cuiusdam theologicici' primum novellae Valent. 2, 4 inscriptionem et textus principium dedit. Tum post alia pergens: 'his addam aliam constitutionem Valentiniiani nondum editam Et verba constitutionis haec sunt' novellam Valent. 2, 3 integram attulit. In sequenti autem eiusdem libri capite 23 de siliquarum exactionibus disserens Cuiacius praemissis his: 'Est et tertium onus siliquaticici Inveni id primum definisse Theodosium et Valentiniianum augendo aerario quod fuerat exhaustum et hac de re edicti eorum verba quae reperi haec sunt' novellae Valent. 15 textum solum dedit, quem unde hauserit ubique invenerit non dicit. Novellas has in altera editione Parisina a. 1586 (nobis *Cui. ed. 2*) ex 'Observationibus' suis repetitas ita ceterarum novellarum ordini inseruit, ut novellas Valent. 2, 3 et 15 post XLIX novellas Theodosio attributas numeris L. LI usurpatis collocaret, novellam Valent. 2, 4 inter Marcianas poneret. Quae vero

eodem anno 1586 Aurelianense Allobrogum divulgata est editio, novellas tres sine numeris post Valentinianas typis impressit his additis rubricis: *de advocatis non perpetuandis* (Valent. 2, 4) — *de Afris Vandalis Alanis* (Valent. 2, 3) — *de siliquarum exactionibus* (Valent. 15). Aurelianensis ordinem secutus est Rittershusius (in novellarum editione 1615 divulgata), Cuiacianae alterius vero Ritter (in editionibus a. 1743 et 1750 proditis). In editionibus autem Lugdunensi anni 1593 et Gothofredi bis reperiuntur novellae Valent. 2, 3 et 15, et in fine Theodosianarum, ubi in Cuiaciana extant, et post Valentinianas, ubi ab Aurelianensi dantur; novella Valent. 2, 4 eundem locum atque in Aurelianensi obtinet. Haenelius primus (*nov. const.* p. 131 sqq.) novellas Valent. 2, 3 et 2, 4 eiusdem tituli 'de postulando' constitutiones esse itaque ut nunc numerantur ordinandas recte perspexit. Novellae vero Valent. 15, ut Cui. ed. 2, inter Theodosianas locum adsignavit, quamquam ipse (*l. l.* p. 117/118) legem hanc propter rem, de qua ageret, potius ad Occidentem quam ad Orientem spectare affirmavit. Praeterea ad constitutiones eas recensendas, ut omnibus qui antehac novellas ediderunt, praesto ei non erat nisi textus in 'Observationibus' Cuiacianis exhibitus.

Sed paucis annis post feliciter evenit, ut utriusque Cuiacianae schedae apographa a Petro Pithoeo filio eiusque amanuensi confecta marginalibusque adnotationibus instructa in *Parisiense bibliothecae codice Dupuy n. 702 fol. 117/118* reperirentur. Quae suo iussu descripta Haenelius in libello gratulatorio Savignio dedicato proposuit, cuius titulus est: *Friderico Carolo de Savigny I. C. faustum diem prid. kal. nov. quo ante X lustra summos in iure honores adeptus est pie gratulatur Gustavus Haenel, Lipsiae 1850*. Unde et primam schedam novellas exhibuisse Valent. 2, 3 et 2, 4 secundum ordinem collocatas ab Haenelio in editione constitutum neque minus novellam, quae in altera scheda continebatur, Valentiniano tribuendam esse apparuit. Sed cum inter eos, qui apographa Pithoeana descriperant, dissensus essent de marginalium adnotationum lectionibus, quas magni momenti esse videbimus ad genuina fragmentorum verba cognoscenda ordinemque novellis his inter ceteras adsignandum, Paulum Fridericum Girardum, cui apographorum illorum notitiam debemus, precibus adii, ut folia duo codicis Dupuy in usum meum denuo conferret. Qui summa, qua erga me esse solet, benevolentia precibus obsecutus est; has igitur habemus adnotationes:

In folii 117 margine superiore P. Pithoei manu scripta habentur: *In vet. scheda Cui(acii) post novellam Valentin. de fructibus inter maritum et uxorem expensis* (= nov. Valent. 14) *et cum interpretatione ut edita est in C(odice) Th(eodosiano) pag. 560* (= Cui. ed. 1 a. 1566 p. 550) *seq(ui)tur*. Sequuntur in folio ipso altera manu descriptae, quam Cuiacii non esse Girardus testatur, novellae Valent. 15 rubrica et constitutio ipsa (nobis *Pith. [Dupuy]*); variae lectiones in margine a Pithoeo adduntur (nobis *Pith. [Dupuy] in margine*). Quae cum nota *v. c.*, id est *v(etus) c(odex)*, hic illic significantur, genuina schedae verba exhibent: exemplo sunt loci 15, 3. 9 (bis). 49, ubi marginalis adnotatio sola, 15, 40, ubi una cum *Cui. (obs.)* veram lectionem praebet, 15, 36 et 48, ubi quamquam corrupta verae lectioni propior est quam *Cui. (obs.)* et *Pith. (Dupuy)*, qui corruptelas coniectura sanare student; semel tantum (15, 40 *ex curialis*) *v. c.* his cedit. *Pith. (Dupuy)* neque a scheda ipsa pendet neque ab 'Observationum' editione (quacum saepenumero concordat, e. c. 15, 3. 9 [bis]. 36. 40 [altero loco]. 48), ut loci 15 inscr. — 15, 14 — 15, 23 — 15, 43/44 docent, sed ab altero exemplo Cuiaciano similem in modum correcto. — Ex Pithoei verbis constitutionis ipsius textui praemissis in libro, cuius fragmentum scheda repraesentabat, novellam nostram excepisse apparet Valentiniani 'de fructibus' legem, scilicet novellam Valent. 14, spretam a Cuiacio neque minus a Pithoeo utpote editam. Optimo igitur iure suum inter Valentinianas locum novellae 'de siliquarum exactionibus' in hac editione attribuimus.

Folio 118 codicis *Dupuy 702* haec inscripta sunt a P. Pithoeo filio: *Ex vet. scheda lacera quae adglutinata erat involucri libri cuiusdam theologici a D. Cuiacio recepta. Valentiniani Novella de Indulgentiis reliquorum* [adscriptum sine inscripti(ione) tit(uli)]. *Novella de postulando*. Sequuntur ex scheda ipsa Pithoei manu descriptae novellae Valent. 2, 3 et 2, 4, 1—20, paucis tantum correctionibus ab eodem additis, scilicet in textu (*Pith. [Dupuy]*^b) 2, 4, 8 (bis) et 9, in margine (*Pith. [Dupuy] in margine*) 2, 4, 4, quae cum Cuiaciana editione in margine laudata (*obs. 15* [sic] 22 sq.) concordant. — Ante novellas Valent. 2, 3 et 2, 4

Cuiacius tituli Valentiniani 'de indulgentiis reliquorum' partem extremam (scil. nov. Valent. 1, 3) repperit (unde dicitur *sine inscript(ione) tit(uli)*), praeterea tituli Valent. 2 'de postulando' rubricam cum lege secunda ex codice *A* Pithoeanaque editione sibi nota, quas et hic et Pithoeus spreverunt. Tituli Valent. 2 legem primam (quam requirit series dierum) deficientem in *F* ceterisque libris nostris, si repperissent in laciniis, sine dubio descripaissent.

Itaque schedae Cuiacianae, quae nov. Valent. 2, 3 et 2, 4 princ. atque nov. Valent. 15 servant, duos libri *F* eiusque archetypi hiatus ex parte explent eundemque novellarum ordinem praebent, quem in capite primo (p. XIVsq.) corporis Maiorani fuisse vidimus. Quae cum ita sint, primae syllogae codicis reliquias ab iis repraesentari certum est.
